

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Documetum 19

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

quare merito ille succidendus est, cum sterilitate nu-
tendus, ad ferendum fructum proximum vehementer im-
pediat. Non potest fructum facere, quem iucunditas
gaudiorum a seipso dissipare. Omne quod carpitur de se-
derio corporis finis calce succiditur. Deformis certe
anima remanebit, si saltem penitentia vel ieiuniis
et confessionum amictibus non obsequatur. Superbia
corporis festinas abscondere, et anima maculas non con-
tendis abolere, per penitentiam? si hic penitendo non
aboleveris: confitendo coram non averteris faciem Dei
a peccatis tuis: in inferno te nolente nota erunt, et mani-
festabuntur omnibus.

Documentum 19.

Debes diligentissime discutere, qualis modo sis,
et quantum a statu et fine tuo distes, id est, quam sint
vires et affectiones animae tuae deformatae, in dispo-
sita, et deordinata, quae multis et varijs cupiditatibus
cor tuum sit pollutum. si enim non sentis, quomodo
et in quibus vires, potentiae et affectiones animae tuae
deformatae sint, quomodo reformabis? si ignoras quibus
cupiditatibus cor tuum est sordidum: quomodo quae
purgabis, cum nihil in te videas purgandum? fugiter
ante omnia in hac parte te ipsum discere agnoscere,
et quid purgandum fuerit scire, ut ita in te verum
spe prober, quod cognitio propria initium sit salutis.

Tria autem sunt praecipue quibus tuam deforma-
tatem poteris agnoscere, et quibus cupiditatibus pollutus
fuerit edoceri. primum est, ut te ipsum diligenter
discutias. secundum est, ut tuos defectus ab alijs fre-
quenter et libenter audias. tertium, ut viriliter vitijs
resistendo, eorum in te fortitudinem per eorumdem
contra te resistentiam experiaris. per primum te ipse
vides, ut qualis fueris discas, per secundum audis, ut
quod vidisti, credas, ut fiat fides ex auditu. per ter-
tium quodammodo manibus palpas, ut omnino contra-
dicere, quin ita sit, nequeas, ne in aliquo valeas dissi-
mulare.

Ut igitur te ipsum per diligentem disquisitionem
tui ipsius discas agnoscere, esto tui ipsius iustus iudex
et rigidus imperator tui micascosmi. frequenter vel
saltem saepe ascende tribunal, et accersis coram
te quibus regimen regni tui, id est, tui ipsius commi-
sisti. A primo a principalioribus, id est, intellectu,
affectu, et memoria rigide discute, quomodo una-
quaeque officium suum expleat, et quantum distent
a sua originali institutione, pro qua indita sunt
tibi. Vide utrumne ratio tua sit creonca; vide

utrum se implicet circa curiosa, relinquens salubria.
Vide utrum ne decepta proprio iudicio magis de se
sentiat quam debeat, magis scilicet sibi, magis sanctum
episcopi, et ita contra te in regnum tuum introducat super-
biam, solentem te aliquid esse, vel te ferentem super
alios. Item an introducat pertinaciam, sibi melius quam
quibuscumque alijs credentem, et ita te sua decessione
faciat indocibilem, informabilem, bonorum consilio-
rum incapacem. Et de multis alijs sibi commissis, co-
gere prop-
riam rationem tibi rationem reddere. Deinde examina
affectum de sibi commissis. Vide quidam est, quid odias, et
praeipue vide unde latebit, unde trahetur, et per-
turbetur. Vide utrumne concupiscibilis, sepe contra tuum
imperium introducat appetitum gula, luxuria, avari-
tis. utrumne irascibilis iracundiam, desperationem,
et sic de alijs. Deinde voca inferiores officiales circa
minora occupatos.

Vide sine oculis saepe impudice respicias sine
auris lapsiva et nociva. Etenim audiat. Et breviter to-
tum statum tuum secundum interiorem, et exteriorum
hominem diligenter examina, si scilicet omnia tibi a Deo
vel hominibus commissa, sicut debet fideliter et diligen-
ter studeas adimplere. Item vide praecipue an cum
omnibus charitatem teneas, an non ingratam cedas con-
scientias aliorum scandalo, inquietudine, singularitate
vel novitatem praesumptione.

Debes etiam quotidie aliam de te facere exami-
nationem licet breviorum, videlicet de quotidianis ex-
cessibus tuis, ut scilicet omni die videas utrumne fueris
negligens in orationibus tuis, et meditationibus, et prece
in operationibus. Utrumne fueris negligens ad resisten-
dum tentationibus, ad expellendum malas affectiones
in quibus forsitan immoratus es, et sic de alijs multis. Si
autem homo praedicta modo districte te examinaveris,
hunc invenies quantum vires anime tuae sunt deforma-
tae, quantum affectiones immundae, quantum per
salutem descenderis, et vere in Gericho mutabilis, et
in regionem dissimilitudinis prolapsus, sicut invenisque
quod inimici hominis domestici eius, ut exclamare opor-
tueat: amici mei et proximi mei adversum me appro-
pinquaverunt, et steterunt. et qui iuxta me erant, id est
vires anime interiores, quae maxime iuxta eam sunt, de
longe steterunt, motibus suis impugnando. Invenies quod
solum tibi velle, adiaceat, et in nullo alio in te perfi-
cere invenias. Ergo velle tuo, et voluntati tuae districte
praecipias, ut omne quod per istam discussionem inve-
nisti in te, et in regno tuo neglectum, dirutum vel mali

actum, ipse volentis disponat, reedificet, et emendet. hoc autem hinc facies, si de omnibus fervida voluntate proponas te emendare.

Et vere homo multum in sui cognitione per praedictam discussionem sive in generali de toto statu tuo, et ordinatione, sive etiam de quotidianis defectibus in speciali proficeres, si te sine dissimulatione, sine palliatione et palpatione, iudicares, si velum proprii amoris, et ad te ipsum inclinationis, quod in te oculum caecat, vel extinguit, et iudicium rectum pervertit, removeres. tunc vero zelus ipse quem ad te nimium geris, non sinit te recte de te ipso sentire, et iuste iudicare. iade est quod frequentius in fundo cordis tui nescis, quomodo te ipsum caecitas vel alleviando blandiris, etiam in vitiis et defectibus quos aperte in te vides. Hinc est quod sententiam quam de te ipso proferis, non sustineas patienter ab alijs confirmari, nec qualem te iudicas, ab alijs velis reputari.

Si vero te ipsum vis agnoscere, et sanctos qui propria cognitioni studuerunt, imitari, summo condamine stude, ut vitia tua etiam ab alijs frequenter tibi innosceant, ut sic tibi fiat fides de te ipsa auditu aliorum. unde egregius doctor hugubonus scribens ad sanctum Hieronymum: video, inquit, inherere vitia mea, sed malo ea audire a melioribus, ne forte dum ipse de me sententia profero, meticulosam forsitan mihi potius quam veram videar intulisse sententiam. Et ergo dicit beatus Bernardus: Durus quod saepe in istis nos melius videt oculus alienus quam proprius. Tanto siquidem alienus verius de nobis sententiam, quanto liberius ab inclinatione ad nos vitiosa quam nos a vero de nobis iudicio propedimus.

Si scis homo qualiter per suam discussionem te ipsum discernere debeas, et qualiter ab alijs tua tibi vitia referentibus debeas libenter audire, et quod tu discretus, quaeas firmius credere, accede ad tertium quod est his duobus efficacius ad sui cognitionem promotivum, quod in nullo sinit, ut vitia dissimules, sed facit te ea quodammodo, ut ita dixerim, manibus palpitare. hoc autem fit ita, si sancti spiritus ardore, peccatis incipis viriliter cupiditates tuas, et appetitus inordinatos, quos per praemissam discussionem vel experientiam tuam in te reperisti vel sentis, eicere et capere non permittens ad hanc in te quantum in te est, tales motus sive superbia, sive inanis gloria, gula vel luxuria immorari, sed subito cum eos percipis, statim surgis, et accingis gladium tuum super femur tuum, et te praeparas ad bellandum, sed et cum te non impugnant nec infestant, tu ea impugnas, quatenus quomodo contraria vitijs tuis et passionibus agens poteris ea si fieri poterit

radicibus extinguere, et extirpare, Verbi gratia: sentis te
nonnunquam appetitu gloria ferri, moveri altitudinis, et
dignitatis ambitione, gula, luxuria, et aliorum motibus
agitari, hinc tu velut alter phineas, zelo ignitus fervida
voluntate incipis omnia agere, quae huiusmodi concupis-
centiis etiam iam quiescentibus sunt contraria, et eorum
expulsiva, omnia scilicet vitia, et despecta agere, loqui,
sed cum hoc facere, et continuare inciperis, tunc vere
in te senties, et ut dictum est, quodammodo manibus palpa-
bis fortitudinem in te vitiorum, et passionum, et desordina-
tionem virium animo, et affectionum. Insuper gentem contra
te ea, quae laboras extinguere vitia, viriliter, et contra te de-
fendunt. Et rursus iratus insurgis contra ea, et fiet inter te
et tua vitia grandis et gravis luctus, ita ut nonnunquam re-
sistas, et iterum resistas, nonnunquam desicias, et iterum
resurgas, atque multoties fatigaberis, cum videris legem carnis
suae tam fortem, et tam impoetum legi mentis, et voluntatis
suae resistentem, clamare necesse habere ex sententia
cum apostolo: quis me liberabit de corpore mortis huius?
Et item cum propheta: quoniam iniquitates meae super-
gressae sunt caput meum sicut omnes grassae gravatae sunt super
me, et atque ita vere dices cognoscere quam sit plenus inordi-
natis concupiscentiis, et nocivis cupiditatibus. Et haec quae
valida sunt in te, et radicata. Ecce, inquit chrysostomus
super Mathaeum: ostendo tibi magnam et insuperabilem
persecutionem in corpore tuo. incipe resistere desideriis
tuis, et tunc intelliges quam fortes spiritus desideriorum
malorum persequantur te. haec est enim prope gravissi-
ma, qui potuerit odire, quod amat, et amare quod odit.
haec chrysostomus. Ecce ergo quam directa et rectissima via
ad sui cognitionem in hac parte.

Sane quamdiu ipsa vitia impugnare non inci-
pis, nec legitime resistis, ipsa quodammodo abscondita sunt
ab oculis tuis. latent enim in te, ut ea perfecte non sen-
tias. audi de hac re expertissimum in hac materia: impug-
nari, inquit, signum est, quia pugnamus, quod est dicere:
si pugnamus, impugnationes et resistentias vitiorum senti-
mus, si vero nos desides ab impugnatione cessamus, effici-
mur stupidi, et insensibiles, eorum impugnationes, et re-
sistentias non sentientes. Et audi elegantem cuiusdam patris
super hoc similitudinem: cum janua aperta fuerit, et intrat
et exit quis curq; velit, non auditur sonitus pulsantis, sed
solum cum fuerit clausa, ita si aditus cordis tui pateat
vitiis affectibus, cum videlicet diligenter non consideras
quales affectiones in te nubrias, nec viriliter resistis, tunc
inportunas earum, et validas non percipis suggestiones,
hinc est illud beati Hieronymi: per prima sententia est

nulla tentatione pulsari, id est, non sentire pulsari, cum nullus sit sine tentatione, cum tentatio sit vita hominum super terram.

Documentum 20.

Quo major a sumpta virtutis estimatio, remotiorq; a vero fuerit, eo detestabilior etiam, et perniciosius malum. Nam si virum quempian egregie Doctum, egregieq; in negotiis publicis exercitatum, atq; ita sententia omnium probatum, caterumq; iudicio suo multis, quibus inferiore eum esse constat, se longe preferentem viderimus, errat hic graviter quidem, sed excusatione et venia dignior videtur, quam is, qui litterulis paucis medicis interitibus, in rebusq; parum publicis, parum quoq; privatis versatur doctus. Sino, se cuiq; et prudentissimo parat pure merito esse vel comparandum, vel anteponendum. nuteitq; secum eos cogitatus, ea verba proferit, eo inceptu atq; gestu corporis moveatur, ac si Doctrina, rerumq; omnis experientia, Despectis ceteris, Divino quodam consilio in eum profluxisse videatur. Non est hoc errori ulli ad scribendum, sed manifesta magis fatuitati, atq; stultitia. Si qui autem (quod est omnium pessimum genus) cum neq; litteris, neq; cognitione ulla rerum, et prudentia valeant, ita tamen loquantur, ita se palam omnibus exhibeant, ac si vel platonem docentem, vel latonem consultantem semper audierint, non iam fatui hi, aut stulti, sed dementes omnino, atq; insani iudicandi sunt, cuius tanti mali pernities ita aperta in quibusdam apparat, ut et gestibus corporis, et communitibus, qui habentur sermonibus, manifeste eam quiq; deprehendant. Ita vero in aliquibus latet, in ipsiq; penetralibus cordium recondita tacet, ut non facile eam cognoscere queat vulgus ignarum: acuta autem sapientissimorum hominum iudicia sapè discernant.

Fugienda est igitur omni studio huiusmodi hominum, sive stultitia, sive insania, quos nec aliter ac stultos Divino sepe littera insectantur: nam qui confidit in: *prov. 28.* *ecclesio.* quib; salomon] in corde suo stultus est, aut quoq; cor sapientis in dextera eius, et cor stulti in sinistra eius, sed et in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos estimat. atq; et est alia eius sententia: expedit magis vasa *prov. 17.* occurrere raptis fatibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Gregorius vero Nisianus stultos etiam eos attestans, qui parum instructi docere alios tanquam magna ipsi prelati sapientia, affectant, non sentientes imperitiam suam, dicit morbum hunc lacrymis ingentibus, et luctu magis, quam verbis indigere, miraturq; esse